

exister animal: ita posito, quod homo odio h-beat Deum, & necessario et displicent odium necessario displicet Deo, & necessario et displicent quacunque sunt intrinsece mala, & ordinem iustitiae violant. Ideoque aliquid extra se vultu necedito ex hypothesi; five approbando, & complacendo, five reprobando, & displicendo, quia se ipsum scilicet Deum posse dispensare in preceptis XXX. Obijces secundo, Deum posse dispensare pofit fecundum tabule. Primo cum Durando. Deus dispensare potest fecundum Decalogi; Honora Patrem tuum &c. nimirum in quarto precepto Decalogi; Honora Patrem tuum &c. nimirum in quarto precepto et obedientiam, & reverentiam. Et ratio est: nullam requirit ei obedientiam, & reverentiam. Et ratio est: nullam qui potuit homines sine parentum ministerio creare, potuit in lege circa parentum cultum dispensare: atqui Deus potuit primum: potuit enim respectu cuiusvis hominis facere, quod respectu Adami, & Eve prestat; ergo potuit etiam respectu quemlibet alium.

XXXI. Respondet, omisso ant. negando conseq. Nam cum preceptum de honorandis parentibus sit affirmativum, tantum obligat, quando recta ratio dicit, honorem esse eis imperiendum. Unde si Deus alicui iuberet oppositum, signum esset, quod tunc recta ratio non diceret, parentibus honorem, vel pietatis officia esse exhibenda: non quia Deus cum eo dispensaret, hoc est, fecisset, ut liceret patri honorem non exhibere, quando illi exhibendus est: sed quia preceptum in talibus circumstantiis defineret esse preceptum, & cessaret eius obligatio. Ad rationem autem subjunctam, neg. maj. Nam supposito, quod Deus voluerit, hominem ex parentibus procreari, neque dispensatione sua facere, quin a parentibus in esse dependeat, & tollere fundamentum, quo tenetur filius honorem eis rendere, juxta illud Ecclesiasticus 7. v. 30. *Memor esto quoniam nisi per illos natus non fuisset; & verbera illorum, quomodo & illi sibi.* Ubi autem perseverat tale fundamentum, recta ratio, contra quam Deus dispensare non potest, quia infinite sapiens, & iustus, existit, ut honor, & pietas eis exhibeatur.

XXXII. Obijces tertio in favorem Scoti S. Bernardum in Libro de precepto, & dispensatione. Ubi postquam diligit necessarium in stabile, invariable, & incommutabile; stable refert in humanas constitutiones, super quibus Ecclesia Prælati, ubi charitas postulat, possunt dispensare: incommutabile (cap. 3.) dicit esse, quod divina dispositione ita constituta, & est æternitatis firmatum, ut nulla ex causa possit, vel ab ipso Deo, aliterque immutari (& sub hoc comprehendit spirituales omnem traditionem habitam in sermone Domini in Monte); invariable vero dicit esse, reliqua secunde tabule precepta: Non occideris, non machaberis, non furum facies, & reliqua illius tabule legis; quæ est nullam proflus humanam dispensationem admittens. Dominus seneo horum, quod voluit, quando voluit, solvit, sicut cum ab Hebrais Ægyptio solitari, sicut quando Prophetam cum muliere fornicaria miseræ preceptis. Nec inquit Fraffen Thra. 4. de dispensatione, leg. naturalis disp. 2. art. 3. g. 2.) hæc intelligi possunt de dispensatione impropria. Nam S. Bernardus talem dispensandi auctoritatem Deo concedit, qualem negat hominibus: at homines dispensatione impropria possunt dispensare in preceptis legis naturæ: ergo intelligentur esse dispensatione, quam Deo tribuit esse proprie talium.

XXXIII. Respond. in primis S. Bernardum, dato, quod aliqua precepta secunde tabule admittat dispensabilia, non tamen omnia, ut Adversarij volunt: nam cum velit omnia, que in sermone Dominico in monte tradita sunt, esse incommutabilia & indispensabilia etiam a Deo; dicere tenetur, pravam mulieris concupiscentiam, & falsum testimonium, que in preceptis secunde tabule continentur, cum de his sermo Dominus in monte mentionem faciat, esse dispensabilia.

Secundo, Sanctum Bernardum non dicere, quod Deus in preceptis secunde tabule possit dispensare, sed tantum, quod possit ea solvere, quod verum est: in quantum Deus materiam illius precepti ita immutat potest; ut quod aliquando foret illicitum, ipso jubente, vel consentiente fiat licitum, & non amplius illo precepto prohibetur. Sicut illicitum est, innocentem occidere, rem alienam accipere, mulierem non suam cognoscere: & tamen, si Deus tibi jubeat, hominem, etiam innocentem, occidere, si rem non tuam faciat tuam, sicut & mulierem, que tua non erat, tuam reddat, non eris homicida, nec fur, nec moechus: non quod in preceptis illis dispensaverit, sed quod materiam illorum mutaverit, ut suffus infra. In quo differt Deus ab homine: nam homo materiam precepti mutare non potest, nec facere, quod occidit, que erat injuria, quod res non tua, mulier non tua, precipiendo fiat tua. Adest enim differentia inter precepta primæ tabule, que vocat incommutabilia, & precepta secunde tabule. Nam actiones per illa prohibita ita sunt immutabiliter malæ, ut nulla materie mutatione possint fieri licitæ, & non prohibite: nullo liquidem modo, ac nulla materie mutatione fieri potest, ut adorato Idolis, vel cultus alterius Dei, liceat; neque quod juramentum falsum sit licitum: sicut etiam fieri nequit, quod quispiam sciens, & volens falsum dicit testimonium.

XXXIV. Obijces quarto in favorem ejusdem. Deus de facto in preceptis Decalogi cum multis dispensavit: ergo potest dispensare. Antecedens probatur primo: Dispensavit cum Abraham in precepto: Non occides; quando Genes. 22. vers. 2. preceptum interpretaretur, iudicium 16.

Dispensavit secundo in precepto: Non jurandi, cum Israelitis; quando eis iussit, ut vasa aurea, & argentea ab Ægyptiis furarentur.

Dispensavit tertio in precepto: Non dicenti mendacium, cum

cum oblectricibus Ægyptiis, quos ob mendacium remuneravit, edificando eis domos; ut habetur Exod. 23. 21.

Dispensavit quarto cum Israelitis Deuteronomii 23. cum indulget eis, ut cum aliis fœderarentur: fœnus autem seu usura est, quædam furti species.

Dispensavit quinto cum Osea, cui (cap. 1.) iussit, ut meretricem alumeret, & ex ea gigneret filios.

Dispensavit sexto cum Patriarchis veteribus, quibus polygamiam, que legit naturæ contraria est, permisit.

Dispensavit septimo Deuteronom. 24. vers. 1. cum Judæis omnibus, quibus vinculum fecit per uxoris dimissionem solvendi matrimonii vinculum, licet lege naturalis sit omnino indissolubile: si accepit homo uxorem, & non invenit gratiam ante oculos ejus, propter aliquam fœditatem, scribit libellum repudiij, & habet in manu illius; & dimittit eam de domo sua: illam vero dimissionem non esse a thoro tantum, sed etiam a vinculo matrimonii, demonstrant verba, que laudatis subiunguntur: Cumque egressa alterum maritum duxerit; & ille quicumque duxerit eam, deturque ei libellum repudiij, & dimiserit de domo sua, vel certe motus fuerit, non fuit eis concessum, ut eas in uxorem &c.

Dispensavit octavo cum Naaman Syro, ut adoraret idolum, illud adorante Rege. 4. Reg. 5. v. 19.

XXXV. Hæc sunt exempla, que afferri solent ad ostendendum, Deum aliquando in preceptis legis naturæ dispensasse: sed parum efficaciter, teste ipsomet Fraffen. Nam responderi potest; omnia præfata non fuisse dispensationes proprie tales, id est, relaxationes legis immutata materie præcepti, & mente lege; sed potius ablationem obligationis, & legis per mutationem materie, efficiendo nimirum, ut id, quod erat præceptum materie, delinset esse materie præcepti, ut figuratim ostenditur. Quare

XXXVI. Ad primum de Abrahamo nego, Deum revera dispensasse in precepto: Non occides, sed mutasse materiam, faciendo, ut occidit innocentem, que privata auctoritate facta erat injuria, & materia præcepti, facta auctoritate divina defineret esse materie præcepti: cum enim Deus fit vix, & necis Dominus, five per se immediate, five per homines, nam quam ministros, potest ipse etiam innocentibus, ubi ad illius gloriam contulerit, vitam eripere.

XXXVII. Sed dicit Fraffen Occisio Isaac habebat omnes circumstantias, in quibus, si non adesset prohibita per preceptum: Non occides; non minus, quam comessio carnis diei veneris ab homine fano, ac bene valente habet omnes circumstantias, per quas esset illicita, si non adesset Summi Pontificis dispensatio; ergo sic comessio carnis ab homine fano sit licita propter dispensationem; ita & occisio Isaac &c. Vide S. Thom. hic ad 3.

XXXVIII. Respondet tamen, neg. ant. Ut enim essent circumstantias, in quibus occisio fuisset illicita, si non esset dispensatio, debuisset fieri privata auctoritate, & ut Deus in precepto proprie dispensasset, debuisset illi precipere, ut privata auctoritate illum occideret: sic enim maneret materia prohibita per preceptum: non occides. Verum cum Deus precepit Abraham, ut occideret filium auctoritate divina, mutata fuit materia: nec enim occidere auctoritate publica, & multo magis divina, præfati precepti materiam est. Quod declaratur exemplo a Fraffen allato. Cum enim Pontifex comedit aliquid fano, ac bene valenti, ut comedat carnes diei veneris, vere dispensat in precepto abstinentie; quia hæc est materie præcepti, ut homo fano abstinet: sed si infirmo, aut male valenti præcipiat, ut carnes comedat diei veneris, non proprie dispensat: quia materie præcepti non est, quod abstineat ea die a carnibus infirmus, sed fano.

Ad id, quod addit de Sampson, dico, nullam factam fuisse eum dispensationem: quia quando seipsum una cum aliis occidit, id fecit motu ex speciali Spiritus Sancti influentia, & consequenter auctoritate a Deo accepta, & iuste: talis autem interfectio nulla lege prohibetur. De quo superius diximus Quæst. 3. de Act. human. mortalit. Dub. 7. S. 3.

XXXIX. Ad secundum, ex dictis, nego, Deum cum Israelitis proprie dispensasse in precepto furti, faciendo scilicet, ut acciperent aliena; sed faciendo, ut que fuerant aliena, jam essent sua. Unde Div. Thom. hic ad 3. Si alicui (inquit) auferatur, quod suum erat, si debuit esse, quod ipsum amiserat, hoc non est furium, vel rapina, sed precepto Decalogi prohibetur. Et ideo, quando Villi Usnel precepto Dei toleravit Ægyptiorum spolia, non fuit furium, quia hoc eis debebatur ex sententia Dei. Et quævis Ægyptij essent inviti, quia tamen Deus res illas eis donavit; non invito supremo Domino, sed postea donante, eas auferant. Eo vel maxime, quod in reparationem operum, que Israelæti pro Ægyptiis impendebant; & pro quibus nullam mercedem acciperant, eis tantam debita dabatur. Quapropter S. Augustinus lib. 2. Quæst. in Exod. quæst. 29. ait: Nec Israelitas furum fecerunt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt; quemadmodum cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi: postquam se ipsa sponte faciat, homicida est; etiam si non occidat, quomodo scit, occidi a iudice debuisse. Et lib. 22. contra Arianos capit. 71. Ægyptii vero (inquit) servierunt; & iniqui; nam & auro illo hoc est, Dei creatura male utentes ad Creatoris injuriam, suis idolis serviebant; & homines peregrinos labore gratuito injasse, ac vehementer afflixerunt: digni ergo erant, & isti, quibus talia iuberentur, & illi, qui talia paterentur. Dicendum ergo cum Div. Thom. in 3. dist. 37. quæst. 1. art. 4. ad 3. Quod circa præcepta Decalogi secundum quod ad Decalogum pertinent, nunquam Deus contrarium fieri præcepit. Prohibito enim furti ad Decalogum pertinet;

net, in quantum res furata alicui est ab accipiente: resona ergo hæc condicione, si res illa sine ipsius accipientis, jam non erit contra Decalogum. Hoc autem non est, Deum, qui est omnium Dominus, & facere potest; sed etiam quandoque homines auctoritatem habentes, rem, que unus furatus, alteri conferunt ex aliqua causa.

XI. Ad tertium de oblectricibus Ægyptiis superius citato loco dictum est. Modo addo: in eis duo consideranda occurrunt, & intentionem, & medium, quo usafuit, ut intentionem executioni mandarent. Intentio non alia fuit, quam ut profellerent Hebræorum mafculis, quos Pharaopraefocari iussert: medium, quod adhibuerunt, fuit mendacium. Intentio igitur mercede temporaliter remunerata fuit, mendacium vero reprobatum. Uno verbo: eorum benevolentiam mercedem reprobavit, non fallacia, benignitas mentis, non iniquitas mentientis. Unde patet, Deum nullo modo cum illis in mendacio dispensasse.

XII. Ad quartum, nego, Deum dispensasse cum Israelitis, ut cum extraneis fœderarent, hoc est, pecuniam darent ad usuram, quasi hoc approbando, & licitum faciendo; sed pure tolerando, vel sumendo fœnus largo modo, nempe, pro mutuo. Ita S. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 1. ad 2. dicens: Quod autem ab extraneis usuram accipere, non fuit eis concessum, quasi licitum, sed permillum ad majus malum vitandum; ne scilicet a Judæis Deum colentibus usuras acciperent, propter avaritiam, cui dediti erant, ut habetur Isaia 56. Quod autem in primis præmittitur: legem habentibus gentibus multam, lege accipiunt pro mutuo, sicut & Eccles. 40. dicitur. Multi non causa nequitie non fecerunt furti, id est, non mutuum. Præmittitur ergo in primis Judæis abundantia divitiarum, ex qua convingit, quod aliis mutare possent.

XIII. Ad quintum de Osea dico, quod Ofes accedens ad mulierem, que alias erat fornicata, non fuit fornicatus, quia accedens ad illam mandante Domino, fecit suam, que non erat sua. Ita S. Thomas hac 1. 2. quæst. 97. art. 6. ad 2. dicit: Quod quicumque mulierem aliquis accedat ex mandato divino, non est adulterium, nec fornicatio. Et hac q. 100. art. 8. ad 3. Et similitur (inquit) etiam Ofes accedens ad uxorem fornicariam, vel mulierem adulteram; non est moechus, nec fornicatus; quia accessit ad eam, que sua erat secundum mandatum divinum, qui est auctor institutionis matrimonii. Rufus, in 3. dist. 37. q. 1. art. 4. ad 3. ait: Potest tamen Deus in aliquibus factis condicione contrariis Decalogo auferre, qui & naturam mutare potest, quod homo facere non potest: sicut ab ea, que non est matrimonium iustum, potest auferre hanc conditionem, non suam, sine hæc, quod uxorem plenam fiat, ut sic accedat ad eam, non sit contra decalogum.

XIV. Dico secundo cum S. Hieronymo in cap. 1. Ofes Prophetam iustum fuisse, ut mulierem fornicariam acciperet sibi uxorem; id enim ista verba significant. Sumo tibi uxorem fornicariam. Unde ait Sandus Hieronymus: Ex quo ostenditur mulier ista, quæ propheta sumit in conjugem, non simul, sed frequentius fornicata. Quod vero additur: Et fac tibi filias fornicatarum, profequitur S. Hier. Utrumque potest intelligi: quod, & fornicariae priores de fornicatione susceptos recipiat filios; & ipse ex meretrice generet filios; qui idcirco fornicationis appellandi sunt filii, quod sint de meretricibus generati; id est, non fornicatione patris, sed fornicatione matris, juxta illud cap. 2. vers. 4. & 5. Filii fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum. Hoc eodem modo exponit S. Augustinus lib. 22. contra Faustulum cap. 80. Utrovro ergo modo exponas, nunquam invenies, Deum in precepto de non fornicando, cum Osea dispensasse.

XV. Ad sextum de Polygamia veterum Patriarcharum, nego, eam esse contrariam legi naturæ, saltem quantum ad prima principia ejus. Ut enim docet S. Thomas in 4. dist. 32. q. 1. art. 1. Pluritas uxorum neque contrariae telli, neque aliqui impediuntur primam finem (matrimonii) cum unusvir sufficit pluribus uxoris fovendam; & educandis filiis ex eis natis. Solum ergo aliquatim impedit secundum finem, qui est pax familie, que vix esse potest; ubi uno viro plures uxores junguntur. Vel ut ait S. Doct. ibi art. 2. solum est contra legem naturæ quantum ad secundam, que quasi conclusiones a primis præceptis derivantur: sed quia actus humanus variorum errorum secundum diversas condiciones personarum, & temporum, & aliarum circumstantiarum; ideo conclusiones prædictæ a primis legis naturæ præceptis non procedunt, ut temporum efficaciam habent, sed in majori parte. . . . sed quia non est facile determinare hujusmodi varietates; ideo illi, ex cuius auctoritate lex officiam habet, reservantur, ut licentiam præsentis, legem præteriti in illis casibus, ad que legis officina non se extendere debet, & talis licentia dispensatio dicitur. Lex autem de unitate uxoris non est humana, sed divinitus instituta. . . . & ideo in hoc a solo Deo dispensatio fieri potest &c. Cum ergo temporibus veterum Patriarcharum, finis primarius matrimonii, esset multiplicatio populi Dei, qui debebat ordinarie multiplicari non predicacione, sed generatione carnali; æquum erat, ut in his circumstantiis Deus in lege de unitate uxoris dispensaret, seu verius declararet, legem de unitate uxoris non obligare, sed defuere, eam unitatem esse pro illo tempore legis materiam. Unde nec fuit illa proprie dispensatio, ut ex dictis patet.

XVI. Ad septimum dico, quod in dimissione uxoris duo erant, scriptio libelli repudiij, & dimissio uxoris. Primum contra legem naturæ non erat, immo congruum, ut scilicet dimissio illa temerario ferret. Secundum vero non fuit permillum approbative, sed tolerative tantum: nec qui uxorem dimittebant, ac repudiabant, excusabantur a peccato, quamvis ex-

cusarentur a poena secundum leges infligenda. Quapropter Christus Moysi 19. v. 8. ait: Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis, dimittere uxores: ab initio autem non fuit sic. Ac prout ex hoc non convincitur facta in lege dispensatio de dimittenda uxore, sed pure permillum ad majus vitandum malum, ne uxor facta viro odibilis, ab eo occideretur. Et hæc responsionem dicit S. Thomas in 4. dist. 33. q. 2. art. 2. q. 2. fuisse suo tempore communioram.

Quia vero ibidem probabiliter etiam censet opinionem, quod eo tempore licitum fuit, & concessum uxoris repudium, dicendum est, non propterea dici debere, quod Deus dispensaverit in preceptis legis naturæ, sed solum in aliquibus conclusionibus: que licet ex principiis legis naturæ procedant, non tamen semper cum efficaciam, adeo ut non in omnibus personarum, & temporum circumstantiis obligent: Eo modo, quo de pluralitate uxorum dictum est.

XVII. Ad octavum, nego, cum Naamane dispensatum fuisse, ut adoraret Idolum, alias cum eo dispensatum fuisse in uno ex præceptis primæ tabule, quod negat Scotus, fieri posse. Solum ergo declaravit Elifæus, quod procurbentem, & genuflectentem ante Idolum, præceit ut Regem procurbentem, & adorantem Idolum sustineret (quod Naamani in officio erat) non esset Idolum adorare, ac prout in ipso licitum esset; ut alibi, Deo favente, dicemus.

XVIII. Obijces quinto. Deus dispensavit cum filijs Adæ, ut validum esset matrimonium fratris cum sorore: sed matrimonium fratris cum sorore, est contra legem naturæ; ergo &c. Respondet primo, negando min. Matrimonium enim fratris cum sorore in Mundi exordio non solum non fuit per se, & ex lege naturæ illicitum, sed fuit necessarium ad genus humanum propagandum; quævis postea titulo honestatis factum sit illicitum. Unde Div. Augustinus L. 15. de Civit. Dei c. 16. Cum (inquit) forores acciperet in matrimonium primi humani generis temporibus omnia liceret (consuetudo) &c. ad humanam vitam auferretur, quasi nunquam licere potuerit: ad humanam vitam sensum, vel allicitandum, vel ostendendum nos vales plurimum. Ad consuetudinem ergo, morem, seu ad jus gentium, non ad jus naturæ refert Augustinus prohibitionem conjugum inter fratrem, & sororem.

XIX. Respondet secundo. Matrimonium fratris cum sorore, sicut diximus de pluralitate uxorum, esse non contra prima legis naturæ præcepta, sed contra conclusiones: que esse a primis præceptis procedant, non procedunt tamen, ut semper efficaciam habentes, sed in majori parte, attenda scilicet condicione personarum, & temporum. Quare esto postea, non genere humano multiplicato, præceptum de non inieundo conjugio cum sorore obligaverit; in exordio tamen Mundi quando aliter inter conjugum non poterat, non obligabat: quod nulla dispensationis proprie talis erat necessitas.

QUESTIO IV.

De Lege Veteri, seu Mosaica.

Post legem naturalem sequitur lex positiva, que duplex est: divina, & humana. Divina autem adhuc duplex: veteris, seu Mosaica, & nova, seu Evangelica. Quia autem inter leges positivas potior, ac dignior est lex divina, quam humana; ideo dignitatis ordinem tenentes permitimus legem divinam. Prius agemus de veteri, que fuit dispositio ad novam, omnia, que de illa quarri solent, pertractantes cum S. Thoma hac 1. 2. q. 98. usque ad q. 105. inclusive.

DUBIUM I.

Utrum Lex Veteris fuerit bona, utilis, ac perfecta.

S. I.

Rejiciuntur Errores.

Legis veteris nomine intelligitur ea, quam acceptam a Deo Moyses promulgavit, ideoque Mosaica dicta est. Tota continetur in Lege, in Prophetis, & Psalmis. Legem continent quique libri Moysis; ideoque & leges omnes, que Adamo, Noemo, Abrahamo, & aliis veteribus Patriarchis ad Moysen inclusive datae sunt. Quæ Moyses postea docuit, eadem quoad multa ab Abrahamo servata sunt: que autem ab Abraham, eadem & Noe, & Enoch agnoverunt munda ab immundis discernentes. Abel quoque es, qui didicerat ab Adamo obtulit Deo; Adamus vero Dei ministerio instructus fuerat. Per Prophetas intelligitur quidem scriptum est a Josue a Samuele, ab Elsdra, a sedecim Prophetis, & aliis Historice Sacre Scriptoris. Tandem per Psalmos accipiuntur Davidis, & Salomonis libri, & alij eisdem generis.

II. Contra legem veterem blasphemarunt plures trium priorum seculorum hæretici, teste Augustino L. de Heresibus. Ut (cap. 7.) Carpocratianus a Carpostrate, qui seculo secundo circa annum 129. temporibus Adriani Imper. & Xisti Roman. Pont. emessit sunt, Cajanus (c. 18.) seu Caianus eodem seculo sic dicti, quia Cain honorabant. Cerdoniani (cap. 21.) a Cerdone quodam Mago, circa ann. 144. sub Antonino Pio, & Higinio Rom. Pont. Marcionite (c. 22.) a Marcione Cerdonis discipulo, natione Pontico, circa ann. 157. sub Antonino Pio Imp. & Pio I. Rom. Pont. Tandem Manichæi (c. 46.) a Manetæ Peria, circa ann. 271. temporibus Aureliani Imp. & Felicis I. Rom. Pont. quos late S. Augustinus impu-

quasi, tum in libris contra Faustum, tum in L. contra Ad-

versarium legis, & Prophetarum, tum alibi. Com enim pra-

terium virabant, laudando nuptias in lege veteri institutas, quas

S. II.

Legem Veterem fuisse Bonam.

V. Dico. Lex Vetus fuit bona. Est conclusio de fide con-

tra praefatos Haereticos, eamque statuit Div. Thom.

VI. Probatur primo ex Apostolo Rom. 7. v. 12. dicente;

VII. Secundo probatur, Nam Christus legem veterem pro-

VIII. Probatur ratione D. Thomae hoc art. 1. Sicut dicitur

IX. Sed opponant haeretici primo illud Exechiel. 20. v. 25.

quasi pium infantiae adhuc involuto dixisse, dedi eis pre-

S. Hieronymus interpretans hunc locum dicit primo, quod

XI. Opponebant secundo. Lex, quae culpa non vacat, est

XII. Respondet Sanctus Thomas in cap. 8. ad Hebr. lect. 1.

XIII. Opponebant tertio. Ea lex non fuit bona, quae non

XIV. Respondet D. Thom. hoc art. 1. ad 2. Quod lex dicitur

Et eadem docet Sanctus Augustinus lib. de Spiritu & lit. cap. 4.

XV. Opponebant quarto. Lex vetus primo fuit superstitio-

Secundo. Contraria fuit pietati: immundus enim reputabat

Tertio. Aequitati, & iustitiae adversabatur. Tum quod

Quarto. Fovit concupiscentiam vindictae per legem talio-

Quinto. Peccavit contra discretionem, tantum enim fuit il-

Sexto. Speiabat crudelitatem, & tyrannidem: Chananzos

XVI. Respondet ad singula. Ad primum dico cum Tertul-

XVII. Ad secundum nego, quod Iudeos reputatos fuisse

XVIII. Ad tertium nego, illam concessionem fuisse contra

XIX. Ad quartum nego, legem talionis fovisse vindictam.

XX. Ad quintum respondeo cum D. Thom. hac q. 98. art. 1.

XXI. Ad sextum dico, legem in Chananzos latam acqui-

XXII. Ad septimum dico, bonorum temporalium abundan-

XXIII. Opponebant demum. Legem veterem plures ex An-

XXIV. Respondet primo, ea, quae Faustus obiecit Abra-

XXV. Dico. Lex vetus non solum fuit bona, fed etiam

luerunt, ut Loth, Isaac, Jacob, Sara, Rebecca, David, Sa-

XXIV. Respondet primo, ea, quae Faustus obiecit Abra-

S. III.

Legem Veterem fuisse Utilem.

XXV. Dico. Lex vetus non solum fuit bona, fed etiam

XXVI. Secunda utilitas ex priori oritur. Nam cum agnos-

XXVII. Tertia utilitas ex praecedentibus orta, erat, quod

XXVIII. Quarta utilitas erat, quod lex cum proponeret

XXIX. Quinta demum utilitas erat, quod ex metu pen-

XXX. Sed inquit. Quomodo utilis esse poterat illa lex,

XXXI. Respondet cum S. Thom. hac q. 98. art. 2. ad 3.

XXXII. Respondet cum S. Thom. hac q. 98. art. 2. ad 3.

XXXIII. Respondet cum S. Thom. hac q. 98. art. 2. ad 3.

Dei, non per Angelos, ut veterem, sic arguit: Si enim, qui per Angelos dicitur esse factus, factus est firmus; et omnis pravitatis, et inobedientia, accepit justam mercedis retributionem; quomodo non effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Atque iste discursus nihil concluderet si lex vetus aequa ac nova per Verbum data fuisset; ergo &c. Vide S. August. lib. 3. de Trin. cap. 11.

XXII. Dices, Paulus ad Galat. 3. ver. 19. de lege ait: Propter transgressiones peccata est. ordinata per Angelos in manu Mediatoris: sed unus Mediator est Verbum, & Filius Dei; ergo &c.

XXIII. Respondet primo, nomine Mediatoris Paulum intelligere Moysem, qui fuit figura veri Mediatoris Christi, in cuius manu data fuit lex. Moysem autem fuisse mediatorum inter Deum, & populum, tamquam ministrum promulgatorum legis, asserit ipse Deuter. 5. ver. 5. Ego sequer, et medius fui inter Deum, et vos. ut annuntiarem vobis verba ejus.

Respondet secundo, legem dici datam in manu Mediatoris Christi: non quia per Verbum data sit; sed quia, ut exponit D. Thom. in cap. 3. ad Galat. lect. 7. Dominus legis dicitur Christus. Et ita dicitur, in manu Mediatoris, id est, in possessione Christi, Deuter. 33. In dextera ejus ignea lex. 1. ad Timoth. 2. Mediator Dei, & hominum &c. Iste mediator significatus est per Moysem, in cuius manu est lex data, Deuter. 5. Ego sequer, et medius fui inter Deum, et vos &c. Vel ut explicat Sanct. August. in 3. cap. ad Galat. dicitur lex disposita per Angelos, & in manu Mediatoris, ut scilicet per legem illa morbos ostendat, sed non auferentem, ostendatque necessitas Mediatoris, qui liberaret a peccatis jam per transgressorem legem confusus; opus sibi esse gratiam, et misericordiam Domini.

XXIV. Probat hanc assertio ratione D. Thom. art. 3. hujus qu. 98. sic: In omnibus prestatibus, et artibus ordinatis ille, qui est superior, principalem, et perfectum alium operatur per se ipsum: illa vero, que disponunt ad possessionem ultimam, operatur per suos ministros. Sicut navigator compingit naves per se ipsum, sed preparat materiam per artifices subministratores: atque lex vetus imperfecta erat, & erat cuius dispositio ad salutem humani generis habendam per Christum in lege nova; ergo conveniens fuit, ut lex perfecta nova Testamenti daretur immediate per ipsum Deum hominem factum, lex autem vetus per ministrum Dei, scilicet, per Angelos, daretur hominibus. Hi per hunc modum Apostolus ad Hebr. 2. probat eminentiam nova legis ad veterem: quia in novo Testamento locutus est nobis Dominus in Filio suo; in veteri autem Testamento est sermo factus per Angelos.

XXV. Sed objicis primo, Lex vetus tradita dicitur ab Angelo, qui se Deum esse profiteretur: Exodi enim 20. ubi exponitur traditio legis, ver. 1. habetur: Locutusque est Dominus: cunctis sermones hoc. Quia autem sit iste Dominus, statim hiis verbis aperitur: Ego sum Dominus Deus tuus: atque non alius Dominus, non alius Deus, quam Verbum divinum; ergo &c.

XXVI. Confirmatur, Deuter. 33. ver. 2. legitur: Dominus de Sinai venit, et de Seir oratus est nobis: apparuit de monte Pharaon, et cum eo sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex. Qui autem poterat esse iste Dominus scriptus sanctorum Angelorum millibus, nisi Verbum Dei?

XXVII. Respondet, dist. maj. Se profiteretur Deum officio, conc. maj. Deum essentia, nego maj. Ita S. Thom. hoc art. 3. ad 1. Scilicet Gregor. dicit in principio mentalium (scilicet in pref. cap. 1.) Angelus, qui Moyse apparuit descriptus, modo Angelus, modo Dominus memoratur. Angelus videlicet, propter hoc, quod exterius loquendo se habebat: Dominus autem dicitur, quia interius presens loquendi efficaciam ministrabat: Et inde est etiam, quod quasi ex persona Domini Angelus loquebatur. Et sicut dum praeo diplomata Regis populum fuere alloquitur, etique precipientis legit, ac pronunciat, ita dicit: Nos Philippus Rex &c. prohibemus, mandamus &c. eo quod se loquens, quasi induit personam Regis, vel Regem representat: ita Angelus Dei personam induens, seu representans dicebat: Ego sum Dominus Deus tuus. Ac rursum sicut in actis non scribitur: Ille praeo dixit, praecipit, aut prohibuit hoc, sed Rex; quamvis annotetur per talem praecorem: ita in libris, qui historiam legis late continent, locutus est Dominus sermones istos; quamvis interdum non taceatur, quod eos Dominus per Angelum locutus sit. Ita S. Augustinus lib. 3. de Trin. cap. 11. ubi sibi objicis: Sed ait aliquis, cur ergo scriptum est: Dixit Dominus ad Moysem; et non potius: Dixit Angelus ad Moysem? Respondet: Quia cum verbis iudicis praeo pronuntiat, non scribitur in gestis, ille praeo dixit; sed ille iudex: sic etiam loquente Propheta sancto, est dicamus, Propheta dixit; nihil aliud, quam Dominum dixisse intelligi volumus. Et si dicamus, Dominus dixit, Prophetam non subrahimus; sed quis per eum dixerit, adnotemus.

XXVIII. Ad Confirm. dico similiter, verborum Deuteronomii sensum esse, quod cum Domino, id est, cum Angelo personam Dei gerente fuerit multi alii Angeli, qui nomine Dei loquentis affiterent. Quis autem fuerit ille Angelus, qui personam Dei loquentis gestaret; verificum putant aliqui, fuisse Michaelem principem populi Dei, ut vocatur Dan. 3. ver. 1.

XXIX. Objicis secundo, Per eum immediate data est lex, qui Moyse immediate locutus est: sed Deus Moyse immediate loquebatur, habetur enim Exodi 33. ver. 11. Loquebatur Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum suum; ergo lex vetus immediate a Deo data est.

XXX. Respondet cum D. Thom. hoc art. 3. ad 2. Quod si

aut Augustinus dicit 12. super Genes. ad litter. cap. 27. In Exodo dicitur: Locutus est Dominus Moyse facie ad faciem; et paulo post subditur: Offendit michi gloriam tuam. Sentiebat ergo, quod videbat: et quod non videbat, desiderabat: Non ergo videbat ipsam Dei essentiam; et ita non immediate ab eo instruebatur. Quia ergo dicitur, quod loquebatur ei facie ad faciem: secundum opinionem populi loquitur Scriptura, qui putant hanc Moyse ore ad os legi cum Deo; id est, per subjectionem creaturam, id est, per Angelum. Et tamen ei loquebatur, apparere. Vel per visionem faciei intelligitur quidem eminentem contemplatio, et familiaris infra essentia divina visionem.

XXXI. Objicis tertio, Saltem praeccepta Decalogi Deus dedit per seipsum; hoc enim docet D. Thom. infra qu. 100 art. 3. dicens: Praeccepta Decalogi ab aliis praecceptis legis differunt in hoc, quod praeccepta Decalogi per seipsum Deus dicitur populo proposuisse: alia vero praeccepta proposuit populo per Moysem; ergo &c.

XXXII. Respondet, dist. ant. Per seipsum, id est non per Moysem, conc. ant. Per seipsum, id est non per Angelum, nego antecedens. Neque aliud intendit S. Thom. quum, quod cum alia praeccepta Deus per Angelum Dei personam gerentem communicavit Moyse, & Moyse populo, praeccepta Decalogi non per Moysem, sed per Angelum in persona Dei immediate nota fecit universo populo, & ipsum in tabulis scriptis. Et hanc esse mentem D. Thomae constat; quia postquam ait, praeccepta Decalogi Deum per seipsum proposuisse, non subiungit, quod alia praeccepta proposuit per Angelum, sed per Moysem. Ratio quare reliqua praeccepta non per Angelum immediate populo annuntiavit, sed Moyse, & per Moysem populo, videtur ex Scriptura ipsa erui. Nam cum, Angelo in persona Dei Decalogum coram multitudine promulgante, omnes ex populo audirent voces, tonitruum, & sonitum buccinarum, viderentque lampades, & montem fumantem; dicitur Exodi 20. ver. 18. & 19. quod perterriti, ac pavore concussi, steterunt procul, dicensque Moyse, loquere tu nobis, & audiemus, non loquar nobis Dominus, ne forte moriamur. Quapropter postea non legitur Deus amplius immediate locutus ad populum, sed ad Moysem. Unde ver. 22. Dixit praeccepta Dominus ad Moysem: hac dies filius Israel. Et in subsequentibus cap. 24. ver. 1. Moyse quoque dixit, cap. 25. ver. 1. Locutusque est Dominus ad Moysem.

D U B I U M III.

An Lex Mosaica soli Populo Judaorum data fuerit, anque solum obligaverit?

S. I.

Resolutio prioris Partis.

Dico. Solum populo Judaeorum data, & promulgata fuit lex vetus: immo & debuit, debito non iustitiae, sed concordentiae. Ita S. Thom. hoc qu. 98. art. 4. Et quidem quod lex vetus solum populo Judaico data fuerit, constat ex cap. 19. Exodi: & sequentibus, Unde Deuter. 4. ver. 8. habetur: Quia ergo omnia ista non fecit in te, ut haberes ceremonias, iustitiasque iudicia, et universam legem? Psalm. 147. ver. 20. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis. Rom. 3. ver. 1. Quid ergo amplius Iudaei est? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia creditis Iudaei illis eloquia Dei. Et Roman. 9. ver. 4. Qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, et gloria, et testamentum, et legislatio, et obligatio, et promissa? Ex quibus patet, legem veterem solum populo Judaico fuisse latam, & hanc filius illius populi specialem prerogativam.

II. Quod vero hanc prerogativam illi non concessit Deus ex debito iustitiae, propter aliquid ejus meritum, probatur. Nam quemadmodum non propter alium illius meritum, dedit ei terram promissionis; unde Moyse Deuteronom. 9. ver. 6. Scito (inquit) quod non propter iustitias tuas Dominus dederit tibi terram hanc optima in possessionem, cum durissima cervicis sis populus: ita similiter non propter iustitias suas legem a Deo accepit. Neque ullius momenti est ratio, quae asserri possit, dicendo, quod potius populo Judaeorum data sit lex, quam aliis populis; quia alii populi ad idololatram declinaverunt, solus populus Judaeorum in cultu unius Dei permanferit. Eam enim rejicit S. Thomas hoc art. 4. nam falsum est, quod populus Judaicus in cultu veri Dei constans fuerit, sive ante legem, sive post legem datam. Post legem quidem (quod gravius fuit) Exod. 32. in conflatione Vituli. Et ex Amos 5. ver. 25. & 26. Numquid id est, et sacrificium obtulisti mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? et portabis Tabernaculum Meloch vestre, et imaginem idolorum vestrorum, sicutis Dei vestri, qui fecerit vobis? Ante legem etiam, Iosue 24. ver. 14. Auferre decet, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia, et in Aegypto. Ac insuper hoc testatur Ezechiel. cap. 20. ver. 8. & cap. 23.

III. Lex ergo vetus data est solis Judaicis, vi solius promissionis Patriarchis Abraham, Isaac, & Jacob divinitus factae. Id enim ait Moyse, Deuter. 9. ver. 5. nimirum: Ut compleret verbum suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est Patriarchis tuis Abraham, Isaac, & Jacob. Nempe, quod de Abraham femine Christus esset nasciturus: De quo dicit Sanct. Thomas (I) et legem, et alia beneficia specialia illi populo exhibuit propter promissionem eorum Patriarchis factam, ut ex eis Christus nasceretur. Dicebat enim, ut ille populus, ex quo

quo Christus nasceretur erat, quadam speciali sanctificatione pollerere, secundum illud, quod dicitur Levit. 19. Sancti eritis, qui ego Sanctus sum.

Sic ergo formatur ratio. Deceret, ut illi soli populo daretur lex, cuius Patriarchis factae fuerant promissiones, quod Christus ex eis nasceretur: sed ille promissiones factae fuerant solis Patriarchis populi Judaeorum; ergo deceret, ut soli illi populo daretur lex. Min. conicit ex Scripturis. Maj. probatur primo. Quia conveniebat, ut populus, ex quo Christus erat nasciturus, quadam singulari prerogativa sanctificationis polleret prae reliquis gentibus, ac Deo magis consecraretur, iuxta illud Levitic. 20. ver. 26. Eritis mihi Sancti, quia Sanctus sum ego Dominus: et separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei. Secundo prob. major. Lex, ac legis ceremonia, & sacrificia ordinabantur, tamquam figurae, ad Christum venturum; ergo conveniebat, ut illi populo darentur, cui promissus erat Christus, ut ex eo nasceretur.

